



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Illvstri Regi Vngariæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

252 Epistolarum Innocentij III.

vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conferventur eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt tibis omnimodis profutura. Salva sedis apostolicae auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiasticae seculariæ persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, nisi presumptionem suam digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore ac sanguine Dei & Domini redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructum bona actionis percipient, & apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Datum Laterani per manum Iohannis sanctæ Mariae in Cosmidin Diaconi Cardinalis S. R. E. Cancellarij x v. kal. Februarij, Indictione xxi. incarnationis dominice anno M C C I X. pontificatus vero Domni Innocentij Papæ III. anno undecimo.

ILLVSTRI REGI VNGLIAE.

Epiſt. 110. De negotiis Episcopi Bamberg. & Archiepiscopi Colocensis.
Vide infra lib. 12. epif. 118. & seqq. Et regestum de negotio imp. epif. 182.

Ecce Babembergensis Episcopus se nobis multiplicitate exhibuerit in devotum, ad regium tamen honorem & ecclesiasticam honestatem congruum respectum habentes, negotium suum sub hac forma Legatis nostris duximus committendum ut si super nece clara memoriam Philippi Ducis Sueviae, accusatore contra eum legitimo comparente, culpabilis coram eis fuerit comprobatus, eum ab omni officio & beneficio ecclesiastico sublatu cujuslibet contradictionis & appellationis impedimento deponant, alioquin indicant ei purgationem canonican, in qua si forte defecerit, eadem ipsum censura condemnent; quod si legitimè se purgaverit, denuntient eum super objecto criminis penitus innocentem; ante omnia providentes, ut si quid contra eum vel ejus Ecclesiam est perperam attentatum, in statum debitum revocetur. Concedimus autem ut si maluerit coram nobis prosequi causam suam, ad apostolicam sedem accedat, & ibi eam illo quo decet ordine prosequatur. Vtrumlibet autem tam nobis quam ipsis Legatis non differat intimare, ut sine dubitatione sciat ubi sit judicium æctandum. Præterea de tua regali pru-

denta valde conquerimur tibi ipsi, qui de Colocensi electo per instantiam nimiam nos graviter circumvenisse videris, detrahentibus nobis multis, sicut & habere videntur materiam detrahendi, quod illum præfecimus in magistrorum magistrorum qui nondum discipolorum discipulus esse norat, cum cum in Episcoporum Episcopum concesserimus promovendum qui scientia pontificali officio congruente asseritur ex majori parte carere, in tantum ut cura commissæ sibi Ecclesiæ derelicta, quæ quasi gravius vivo pastore videtur quam mortuo destituta, Vincentiam se transtulerit, ibique circa prima rudimenta versetur, non præcavens imperitiam suam, quam cautè domi studendo potuisse utcunq; redimere, foris indecenter vagando turpiter publicare. Quapropter ei per nostras dedimus litteras in preceptis ut omni dilatione postposita continuo ad Colocensem Ecclesiam revertatur, & aliquos viros peritos familiariter secum habens, proficere in scientia sub ipsorum satagat disciplina, sollicite providendo ut literatura defectum ita studeat prærogativa morum & conversationis honestæ redimere quod nos, uno per alterum compensato, possimus eum aliquatenus tolerare. Alioquin ejus exemplo qui dicit *Penitit me fecisse hominem*, cogitare de ipso alter oportebit; ut quod circumventi construximus, circumspecti demum favente Domino destruamus. Quocirca serenitatem regiam monemus attentius & hortamur quatenus ipsum ad hoc ita diligenter inducas ne, si secus egerit, quem allevare tantopere studuisti, dejecisse potius te contingat. Datum Laterani xii. kal. Februarij, pontificatus nostri anno undecimo.

ILLVSTI REGI ANGLIAE.

Epiſt. 111. De legio Campaniæ. Vide infra epif. 112.

M ore p̄ij patris, qui filium offendentem offensus etiam odisse non potest, & quandoque de malo ejus gravius quam ipse turbatur, indurato tibi non possumus induciri, sed paterna pietate molliti, te tantopere in tua damna molitum omni ope vel opera qua valemus satagimas emollire, ut te à tuo damnabili & damno proposito revocemus, tristes plorimū si quod veremur contingere te incurrire, sed majoris causam tristitia reputantes quia nolisses illud, cum posses præmunitus totiens & præmonitus, evitare. Fortuitum namque malum doloris habet qualecunque remedium. Quod